Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

panno aspero fricatione vehementi
usque ad excussionem tenuem cor-
ticum citatiter. libra. j. et sit ordeum
subtile medium inter novum et an-
tiquum super quod non cecidit de
odore corruptionis aliquid neque
de contagione fumi aut pulveris
et quod conservatum fuerit in loco
aeris liberi et iam habuit perfect-
tionem in nativitate sua et pone
illud sit electum in olla nova
munda lota et absterssa minnis.
ut non remanserit in illa de odore
quicquam omnino et proice super ipsum
aque cicrit. l. xx. et sit aqua
fontium dulcis levis subtilis et
excerce coctionem in ipsis cum omni
facilitate in quantum possibile fuerit
et hoc sine fumo auferendo a prin-
cipio spumam eius et decoquatur
usque ad consumptionem medietatis
aque aut duarum partium eius de-
inde coletur et conservetur in
vase vitreo. habet autem huiusmodi
aqua virtutem lenitivam resultantem
in ea ab aqua et medulla ordei
et abstersivam lavativam a vitro-
sitate quadam expansa in cortice
ordei interiore tegente medullam
eius. Est igitur facile lavativa
et sputi facilitativa ventrem lu-
brificat opilationes aperit et urinam
provocat ¶ Cres vos secunda modificat
secundum hunc modum Accipe ordei ex
corticati cicrit. l. j. et frica illud
cum panno aspero fricatione vehe-
menti usque ad excussionem et sepa-
rationem interinsecorum corticum eius.
et lava illud lavationibus pluribus.
cum aqua calida deinde pone illud
in olla et funde super ipsum aque
cicrit. l. viij. deinde buliat cum
facilitate ebullitione una et pro-
iciatur ab eo aqua illa deinde pone
super ipsum aque calide cicrit libras
xx. et decoque cum facilitate us-
que ad l. x. vel. vij. deinde cola
et repone in vase vitreo. Hec
autem aqua sitim et asperitatem
sedat inflamationem extinguit
pectus pulmonem et guttur lenit

sitim extinguit ventrem lubricum
reddit precordia humectat et spu-
tum facilitat Hec autem aqua ulterio-
rem recipiens coctionem refun-
dendo adhuc in ea parum post
parum cicrit. lib. x. aque calide.
efficitur cibus et potus quod quibusdam
colatum quibusdam non colatum secundum
necessitatis exigentiam preceptis
dari precepit Et quicquid adhuc ul-
teriorem recipit coctionem usque adeo
quod habeat mediocritatem inter
coctum et liquidum et est cibus.
laudabilis habens bonitates
sollempnes. Sermo in aqua Cicere Rubrica
Dixerunt antiqui
duplicem in ciceribus proprietatem
inesse Et ex eis una est.
quam expansa est in superficie corticum
eorum humiditas quedam baurachia
cum caliditate subtili que tollitur
ebulitione sola Et est alia proprietas
que sedet in toto corpore eorum et est
humiditas dulcis nutribilis, et
inflativa Si ergo coxeris l. j.
ciceris conservativum adhuc introsi-
tate sua cum libris xx. aque facili-
tate decoctione usque dum redeat ad lib.
x. aque. tunc erit aqua eorum po-
tus medicinalis et proprie absters-
sivus lavativus aptivus opilationum
tam precordiorum quam nutritivorum
et viarum urine frangitivus lapi-
dum in eis et mundificativus vis-
cerum sitim tamen non tollit Et si
ultiore recipiat coctionem et cum
pli. aqua usque dum acquirat medio-
critatem inter tenue et coctum est
cibus bonus egritudinibus flegmaticis.
verum oportet ut detur colatus Ce-
ciceribus autem ex quibus iam ex-
poliata est intrositas fiunt iuss-
cula incitativa venere et impig-
wantia ¶ Sermone in aqua mell-
ia scripsimus in antidotario meo.
Habitualis. iulep. alkesmes co-
nferens cum auxilio dei pleuresi
et dolori capitis et pectoris Accipe
alkesmes et decoquatur in aqua
decoctione sufficienti et accipe.